

Miraculum Murorum Hierichuntis Cadentium

Rostochii: Weplingius, [1708]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003430562>

Druck Freier  Zugang



phil
RU ~~theol.~~ 28. April. 1708
Weidener, Joh. Joach.

1a

151

MIRACULUM
MURORUM
HIERONYMUS
CA
DEO
TRINUNO

Studiorum suorum PROMOTORI

Maximo

& post HUNC

FAUTORIBUS suis

Consecrat

AUCTOR

JOH. CHRIS. I. ROBERT. BÖZOVIO-MELI.



PRÆFAMEN.



Væ de Galeacio Michael Piccartus *Observationum Historico - Politicarum Decad. I. Cap. VIII. p. 55.* sic excerptit & scribit: *Fuit Galeacius veluti monstrum quoddam ex ingentibus virtutibus & vitiis constat.* Istud non malè dici posset de Observationum cumulis, qui nunc affatim & ubivis prostant; Hos enim pii & eruditiores reliqui propter selectissima quæpiam admirari ac suspicere coguntur, cum ex his, quæ fidem

ac religionem spectant, jure merito sint detestationi. Vidit hoc eruditissimus Orbis, & hinc deplorere incipit, quod sub specioso libertatis nomine horrenda credendis ipsis affigatur indifferentia & dum asperitas rerum benignis atque blandis contegitur nominibus, acceleretur pluries exitiosissimum Religionis pietatisque decrementum, quin inevitabile exiliû: Evidens hujus rei est demonstratio ex miraculis sacerrimi Codicis, non enim (ut dissimulant) Novaturien es, dicam his talibus scribere gestiunt, aut tales videri volunt, qui omnè ejuraverint fidem, potius Autor, quo cum in præsentia disceptamus *Parte IV. der Auserlesenen Anmerkungen Num. VI. §. 5. p. 221.* confidentissimè dicit: *Das in der heiligen Schrift wäre Wunder erzeulet werden / wird niemand in Abrede seyn / es sey denn / das Er unter die Esprits torts gehöre:* Interea tantum apertissimè sequestrant miraculorum numerum, & in probationibus ad hos ducunt fontes, de quibus necessariò haustus ex Lethe Poetarum, & oblivio ac vilipendium dogmatum miraculorumque propemodum omnium venire debet. Exemplum hujus rei daturus hæreo in jamdum citata Observatione & contra ejusdem §. VI. ac sequentes vindicaturus sum, quod ruina *Murorum Hierichunorum fuerit maxime atque tantum Miraculosa.* Deus vero præstet vobis auxilium ab hoste: nam vanitas est salus hominis Ps. CLIX. 13.

A

TRA

TRACTATIO.

§. I.



Vod noster Observator ex iis sit, qui miraculorum constringere numerum, & in probationibus suspectos conquirere testes annuntur, omnis Observationum suarum docet compages; & nequidem citata expers est culpabilis istiusmodi conatus, quod ut clarius innotescat, quam humaniter omnes invitatos volo, ut sequentia penitius confiderent, & de suspectis testibus mecum statim conferant §. IV. *Observat. hujus VI. notam, Litera (e) sculptam.*

§. II. Scribit ibidem: Von falschen Wunderwerken kan ein Wahrheit liebender Leser folgende Autores lesen: *Histoire des Tromperies des Prêtres & des Moines. Histoire des Diables de London. Histoire des Severambes. Fontenelle Histoire des oracles. Les Pensées sur la comete par Mons. Bayle. Anton von Dale scripta huc pertinentia. Le Monde enchanté de Becker. vid. Dn. Thomasi Specimen Jurisprudentia judic. C. X.*

§. III. Ut status Controversiæ sit in solis disco, observabitur, quod disputet perversus Censor contra hos imprimis, quos orthodoxos cum ipso dicere consueverunt, qui emunctioris volunt esse naris, hos vero iisdem cum Pontificiis includit cancellis, & quamvis sciat atque convictus sit, quod Lutherani deceptoria Pontificiorum miracula explodant eademque simpliciter nec necessaria, nec tuta venditent, nihilominus hac de re ne *per* quidem habet.

§. IV. Sed advertendum est, quid lateat subdolè hæc sc. Consequentiæ: *Sicuti Pontificii deceptoria venditant, miracula, ita Lutherani deceptrici conatu Diabolo, Spiritusque mali externas operationes asserunt; quare quid hi Novaturnientes nugacibus transcribunt miraculis, quum æqualiter ludi;*

Iudicris Diaboli malorumque Spirituum operationes transferre fallaciis consueverunt. Sic autem cum fundamento quopiam dici poterat: *Von falschen Wunderwerken kan ein Wahrheit liebender Leser folgende Autores lesen.*

§. V. Concedo hic equeidem, quod de fallacibus ac deceptribus Pontificiorum quorundam spectris legi possit tractatus, sc. *Histoire des Tromperies des Prêtres & des Moines item Histoire de Diable de London.* Sed sicuti non sequitur: Quia *Johannes Chapeauillus* Diabolum consuluit: quisnam esset verus Papa? Clemens an Urbanus? vid. *Zieglerus in Schauplatz der Zeit p. 1240. b;* Quia Pater *Cottonus* sciscitatus est à Diabolo existentiam purgatorii &c. conf. *Thuanus Hist. L. LXXXII. ad An. 1604.* Quia tandem Pontificii & veritatem & necessitatem miraculorum hodiernorum adhuc acerrimè urgent, addatur Segnerius Jesuita in *Tractatu*, qui inscribitur: *L'incredulo senza scusa p. 170. E.* hæc & longè plura Pontificiorum absurda Lutheranis quoque imputari possunt. Ita æqualissima connexionione non sequetur: Quia inter Pontificios quidam deceptricia finxerunt miracula & idcirco ludibriis ac animadversioni expositi sunt E. & Lutherani tales sunt.?

§. VI. Sed cum jam dictum sit, quod nos iisdem cum Pontificiis includant cancellis, quia *Diabolorum spectrorumque operationes velut possibiles & actu demonstratas tam per Codicem sacrum, quam per experientiam asseruerimus*, congruum erit, ut hic præcipuè fontes probemus, ex quibus contra nos ex hac equeidem causa sit disputatum: prodit ergo *l' Histoire des Sevarambes* & operæ pretium erit, ut hujus libri atque historiæ metas expiscemur.

§. VII. *Pertinere itaq. (scribo ex B. Morhofio Polyhist. Libr. I. cap. VIII. p. 75.) ad Atheorum & Naturalistarum tribum videtur, quisquis est Autor libri, qui primùm Anglica, hinc Gallica,*

lica, postremum Belgica lingua prodiit; de populis terra australis incognita, quos Severambes nominat . . . Elegantissime confectus est liber, eaque specie, ut prima fronte incautis imponat. Ingenium Auctori illi fuit, quem Κωπια quaedam δόξα facile produunt. Toto vero hoc libro nihil ille aliud agit, quam ut ostendat, unam esse religionem natura rerum conformem, qui Deum supremum atq; ejus quasi vices in orbe hoc inferiori representantem solem veneretur: Quare data occasione adversus Trinitatem & Christianismum disputat. In administratione Reipublica ideam quandam non contemnendam exhibet, qua sublato pecunia usu, unde omnia in Rempublicam vitia, cives quassa per magnas familias distincti è publico alantur & vestiantur. Illud verò Ingenium hominis in extrema parte prodit, quod Strabonem sacerdotum gentis ejus, quam Straukaros vocat admiraculorum, quae in Pentateucho habentur, formam confinxerit; Quo manifestè patet, illum historia sacra illudere. vid. Exc. Dn. Löscheri *Evangelische Behenden* Part. I. p. 211. f.

§. VIII. Prolixiora fugiens, qualia multa adversus historiam Severambum decertarunt, vidi, quod probationis ergo adductus sit: Fontenelle & quidem ejus *Histoire des Oracles*, admiratio memet subiit, quare non sint adjectae ejusdem *Novi Mortuorum Dialogi*, de quibus Excerpta communicaverunt *Aët. Er. Lips. Ao. 1683. p. 381 f.* Sed si quis relegerit contra *Jesuitarum Argentinesium* scriptum quod titulum gerit: *Reponse a l' Histoire des oracles de Mr. Fontenelle, ou Refutation du Systeme de Mr. von Dale sur les Auteurs des Oracles du Paganisme*; Is nuditatem susceptorum horummet virorum satis conspiciet, quam nec velare valuit omni conatu suo Arbiter iste non minus suspectus, qui scripsit: *les Remarques sur le Démêlé, qui est entre Mons de Fontenelle Auteur de l' Histoire des Oracles, imprimée plusieurs fois à Paris & à Amsterdam & L' Auteur de la Reponse à l'*
Hi-

Histoire des oracles, dans laquelle on refute le Systeme de Mr. von Dale, sur les Auteurs des Oracles du Paganisme, sur la cause & le tems de leur silence, & ou l'on etablit le Sentiment des Peres de l'Eglise, sur le meme sujet. vid. istius brevior complexus ap. Dn. Clericum dans la Bibliotheque Choïse Tom. XIII, p. 178. f.

§. IX. Sed fortean Dn. Bayle majori quicquam recensēbit fide, atque autoritate in Tractatu, qui exhibet: *les Pensées Sur la comete.* Non diffiteor, quod Multi hujus Viri sic superbiant pennis, ut defectuum domesticorum evadant ferme immemores. sed quid tum? si & Iste erroris Daleani amplissimus foret defensor, an tunc commendari poterat? viderunt jam dudū Eruditi ubi vis in Dn. Bayle plurima, quæ correctiones effugere nequiverunt, vid. *defēse de la Bonte & de la Saintete divine contre les objections de Mr. Bayle item les Remarques sur les Chapp. CLXXIX. & CLXXX. des Reponses de Mr. Bayle aux questions à un Provincial. & l'Examen de la Theologie de Mr. Bayle repandue dans son Dictionnaire Critique, dans ses pensées sur les Cometes & dans ses Reponses a. un Provincial per Mons. Jaquelot tandemque & plurium observata, quorum meminit itidem Excellentissimus Dn. Loscher in Alten und N. A. 1706. p. 156. f. 532. f. 577. f. 795. f.*

§. X. Apertissimè vero mentem prodit malam Dn. Observator quando ulterius citat Antonii von Dalen Scripta huc pertinentia & *le Monde enchante de Becker.* Hi etenim viri omnem spirituum demonstrabilem operationem negarunt, contra hos in specie Dn. von Dale, ipsemet Dn. Clericus egit *Tom. III. Bibliotheque Choïse p. 114. f. Tom. IV. p. 222. & sparsim alibi.* Cui addatur Loscheri *Altes und Neues A. 1702. p. 176. f.* Quæ adversus Beckerum justo zelo & fundamento sunt agitata habebis prolixioribus in eruditissima dissert. Magnifici Dn. D. Grapii: *De Tentatione*

tionem Evæ & Christi & Dn. D. Sam. Christ. Teuberi. de petra
scandali, mundo universo, quem fascinaturn vocat a. D. Baltha-
Jare Beckero Amstelodamensi posita &c. Quo & tandem tæ-
dio meo conciliem finem, Thomasi specimen adjectum sen-
tentiam meam non mutabit; nota equidem sunt Thomasi
Theses de Crimine Magia &c. ac scandali satis excitaverunt, sed
monitus etiam tuit Exc. Vir satis terhis circumstantiis vid.
die nothwendige Gewissens Rüge an den Hällischen
Prof. Juris Herrn D. Christian Thomasi. Die unpar-
theyische Gedancken über die kurze Lehr. Sätze von den La-
ster der Zauberey von einem Membro des Collegii Curiosorum
in Teutschland. &c.

§. XII. Concludo igitur nunc, quod nota sic fluere
debuisset: Von geleugneten und wider Grund verworffea
nen Wahrheiten e. c. der Existenz und Wirkung der Gei-
ster/können die Citirete Autores nachgelassen werden. Si &
Observatori haud displiceret confortatus Autorum nume-
rus dicerem, quod eodem ex fundamento commendari po-
tuissent, Gaffarelli, Spinosa, Websteri, Hobbesii, Knuzenii,
Vanini, Bodini, Atheorumque forme omnia scripta. Sed
de his cum Alphonso Arragonio Principe non diceres; Me-
liores esse mortuos consiliarios, quam vivos, qui neq. metu a.
pudore, non gratia a. odio alioue adfectu moti, verum sibi nudè
simpliciterq. declararent. Conf. Reinhardi Theatr. Prud.
Eleg. Pr. II. n. 33. Potius per Parodiam ad meditata Illu-
stris Dn. de Hoffmanswaldo de ludo, in den bisher unge-
drückten Schriften Part. II. p. 234. de libris istiusmodi
Atheisticis scriberem.

Sie sind ein Schalk der Zeit/ein Zunder zu den Zancken/
Ein rechter Seelen Gift und Hencker der Gedancken.
Ein unbeglückter Krieg der ewiglich betrübt/
Ein Messer so kein Christ recht mit Gewissen übt.

Ein

Ein süßes Hexentwerck/ein ungewisses Lachen/
Und das ich nichts mehr darff von diesen Büchern ma-
chen.

Wenn der berühmte Tag wirfft Erd und Himmel ein/
So wird die böse Schrift der Teuffel Labsahl seyn.

§. XII. Qvod & ulterius *miraculorum constringere sata-
gat numerum*, sequentia declarabunt, sic n. pergit Dn. Ob-
servator: Aber dennoch ist auch dieses gewiß/ daß bey
manchen Orten der H. Schrift nach der gemeinen Ausle-
gung *miracula statuiret* werden/da doch die Autores kein *In-
tention* gehabt/welche zu referiren / und da man in selbi-
gen zubehaupten allerhand gezwungen und abgeschmackt
Zeug hervor bringen muß. *Incidunt mihi legenti verba
Scaligeri, quæ Ep. L. his leguntur lineis: Non ignoras mi
Bousti, detractorum plena esse omnia, eorum multa esse genera
item non ignoras. Quidam aperte atq; hostili animo agunt rem.
horum quidem amentia fieri potest, quia & refelli. Præterea tam
nefandi criminis pœnas dant. Nihil enim ridiculum magis, quam
emere inimicos jactura nominis sui. Alterum genus formido-
losum atq; servile, non palam, sed ex insidiis carpunt aliorum
benefacta: quibus nihil ignavius esse potest. Detractione namq;
gloria aliena, non sua virtute crescere discipiunt. Tertius ordo
eorum est, qui commentitiis insinuationibus repetunt duplici acie
perverſitatis. aut n. frigide laudando attenuant, q. extollere vi-
dentur, a. nimis extollendo ita excedunt fidem atq; expectatio-
nem Auditorum, ut tota oratio propterea profana ac nihili habeat-
tur: quibus hominibus (si homines ac non potius venena dici
mereantur) nihil pestilentius toto orbe terrarum judicandum
est. nam qui se hostes profitentur, eorum animus iniquus fidem
elevat dictis, qui amici videri volunt, horum recipitur sententia
provera, qua posteaquam penes Autores friget, de universa lauda-
tione ita actum est, ut contrarium sapiat frequenter.*

§ XIII.

§. XIII. Applicationem faciet *observator* pro lubitu. Ego etenim quando adjecit: Ob hiedurch denen Spöttern nicht Gelegenheit gegeben werde/ihre schlimmen Principia zu befestigen und durch wahrscheinlichen Beweis/ daß die gemeinen Glossen nichts heißen / die Autorität der Heil. Schrift bey Leuten/so nicht genungstahm fundiret seyn/verdächtig zu machen/läset sich leicht urtheilen. Ego etenim quæ dicta sunt denuo repeto, at cum scio, quod scandali maximè tenuis sit gradus, cum quis coram altero quid fecerit, quod non licet solummodo, sed etiam admodum expedit, imo & aliquatenus ipsi factu necessarium est, verùm prævitet valde verosimile fore, ut alter illo malè utatur, inde semet ad præfectum admittendum confirmet, & tunc non simul summa adhibetur cura Scandalum, quod exinde accipi poterit, quantum fieri queat, præcauendi. vid. Rob. Sondersonij Episcopi quondam Lincolniensis casus conscientiarum sive quæstiones practicæ novè casu VII. & A. E. L. 1689. p. 395. f. nec in hoc equidem peccatum fuisse arbitror & cum B. Danhauero *Quæst. Mor. cap. 11. q. 1.* dico: *πρόσνομα* sc. lapis offendiculi tria hominum genera offendere potest (1) Actu præ se lapidem videntium (2) per se lapidem videre potentium, sed aliorum cogitationibus abreptorum. (3) cæcorum, qui lapidem videre non possunt. Primi si offendantur stulti sunt; secundi imprudentes & negligentes; tertii deum comiseratione digni. Quibus & rem conficit.

§. XIV. Interea, quò constet, quod, quæ urget *Observator*, scandala sint purè accepta respectu nostrum; respectu *observatoris* vero atrocita satis atq; data, hinc audiuntur, quæ adjicit, pergit ergo: Also kan man zum Exempel nicht leicht begreifen / daß die Verwirrung der Sprache in einen Moment solte vorgegangen seyn/wo man nicht ein Wunderwerck admittiren wil/davon doch in Text kein Wort stehet; leget mans aber von Uneinigkeit der Gemüther

müther aus/woraus die Zertrennung und endlich die Viel-
heit der Sprachen erfolget/so bekommt der Text einen deut-
lichen Sensum.

§. XV. *Est non immeritò qværimus: Warum be-
kommt so denn der Text einen deutlichen Sensum? Warum
hat er auch denn keinen deutlichen Sensum, wenn die Ver-
wirrung der Sprachen geglaubet wird? An forsan, qvia
Campegus Vitringa præivit. vid. sacrarum Observationum
Libr. I. Cap. I. & post hunc celeberrimus Clericus opinata
hæc Novaturientia incrustavit, vid. Comment ejus in Gen. XI.
I. & 7. universaliter jam recepta est sententia? Certè ipse
Clericus nostram sententiam aggressurus scribit. Plerique
omnes temporis brevi momento factum fuisse, divino plane mi-
raculo censent; quod fufius exposuit ad superiora verba lauda-
tus Joh. Buxtorffius. Et solidissime B. Pfeifferus Critic.
Sac. Cap. III. Quæst. II. p. 42. scribit: verum interim & hoc
est, in γλωττοῦ γχυσ, quasdam planè novas & Ebraicis irre-
conciliabiles ortas esse voces, quod è linguis Veteris orbis vel sola
lingua sinica evincit, ne de Americanis nunc dicam. Licet enim
in dub. vex. p. 35. etiam Sinicas quasdam & Americanas præfer-
tim Caraiticas voces ad Hebraas Origines reducere conatus
sim (quo nunc etiam refero Caraiticum Ora cutis, quod planè est ex
Ebr. 77) attamen pleraq; istarum linguarum vocabula nova
sunt; ut oleum atq; operam planè perditurus sit, qui omnia ad
Hebraicas Origines reducere voluerit conf. Jac. Ufferii Anna-
les V. & N. Tri. Etate Mundi II. p. 3. & Compendium Histori-
æ Ecclesiastica Gothanum Libr. I. Sect. I. n. 23. p. 35.*

§. XVI. Ejusdem fursuris sunt quando pergit Obser-
vator. Das Loths Weib in eine Saltz-Säule verwandelt
worden/darin haben sich viele nicht finden können / wenn
man aber erst weiß/ das sie wieder nach Sodom umgekeh-
ret und von Donner ergriffen und zerschmettert worden/
B daß

daß sie erstarret/so henger alles gar wohl zusammen. Do-
 lore dignum est omnino quod in Hebraicis ac Rabbincis
 incomparabilis Dn. von der Hart. non tantum in Ephemeridi-
 bus, verum & nuper in *Traclatu Gallicè scripto*, cujus Ti-
 tulus est: *Histoire de Bileam, Renards de Samson, Machoire d'
 Ano, Corbeaux d' Elie L' Antechrist. vid. Bernard. Nouvelles de
 la Republique des Lettres 1707. Mois Octobre p. 402. f. hæc pro-*
 palaverit, quæ in scriniis & opinione secreta plures cupe-
 rent recondita. Sed non defuerunt, qui nihilominus
 rejectis novis atque suspectis, trita feliciter institerunt
 via, quorum plures memoravit Dn. Præses in disp.
*quæ miraculosam substantiarum transmutationem, quoad
 Biblica potissimum Exempla Diabolo impossibilem asseruit §. II. f.*
 addatur natalis Com. Mythol. Libr. VI. Cap. XIII. p. m. 607.
 & Picinellus in luminibus Reflexis.

§. XVII. Nec Novaturientis effugient Idioma, quan-
 do adjicit: *Symsons Füchse haben manchen Atheo An-*
laß zu Spotten gegeben / und manchen der die Schrift
æstimirer / viel Zweifel verursacht / Nun Sie aber in
Korn Schocke verwandelt worden / hat das Werck seine
Richtigkeit. Sed nondum receptui cecinerunt Nostrates,
 potius in Contrarium, non tantum hætenus plures sed
 speciatim Summe Rev. atq; Excell. D. B. H. Gebhardi. Sic
 disputavit, ut cum ipso, nisi quispiam obstinatissimè con-
 tranitatur, rectè concludamus: *Quis unquam legit -- a-*
gros caudas habere? Quis לרר linum, aut Cannabim, aut cine-
rem notare? Textus est historicus, gaudet ergo simplici lo-
quendi genere, ac fastidit non necessarios tropes. Quæ me ergo
ratio satis prægnans movere potest ut in hoc textu abeam à pro-
prietate litera? frustra exceperim? Ratio mea hæc non capit:
deserendis ergo sensus vocum vulgatior, & alius inquirendus à
vocibus imponendus. Quæso, si hæc ratio valet, quid non mu-
tan

tandum est in Sacra Historia? Noxus in una arca comprehen-
dit millena animalium genera: Abraham trecentorum vernarum
ope cecidit quinque Regum Exercitum. Lothi uxor in sta-
tuam salis conversa. Israelita sicco pede transgressi mare ru-
brum, pasti frumento è caelis depluente, aqua ex Petra evocata.
Sol stetit &c. &c. Hac & aliae ejusmodi sexcenta occurrunt in
Sacra historia, quae ratio capere non potest. Simplice interim
& plano stylo sunt consignata quàm injurius essem in textum,
si tropos in eo venari vellem? Deinde non sufficit alienam ex-
cogitare significationem eamq; tropi colore ornare, sed requiri-
tur ut translatio ista Scriptura usu comprobetur. At in data ex-
positione hic prorsus deficit.

§. XIX. Tandem absolutissimum pruritus & Liber-
tinismi dant documentum, quando his verbis §. abtolvit:
Es sind dergleichen Dertter inder Schrift / die auch verdie-
nen untersucht zu werden / aber ich weiß wohl / warum es
nach bleibet. Es fehlet theils an gründlicher Wissen-
schafft der Grundsprachen / ohne welcher in dergleichen
Dingen nichts kan ausgerichtet werden; theils giebt es gar
zu viel Lerm und Geschrey / wenn jemand von denen ge-
wöhnlichen Auslegungen abweicht / wenn es auch gleich in
indifferenten Dingen ist / die keine Glaubens Artickel sind /
oder die zur Seeligkeit gar in geringsten nicht erfordert wer-
den / wer will sich aber gern mit Leuten einlassen die auf ihre
Meinung steiff und fest bestehen und keine Raison anneh-
men? Incidunt mihi hæc legenti, quæ olim *Part. II. Hor.*
subc. Camerarii p. 264. legi, his equidem lineis: *Imprimis a. ii.*
qui duro præfracto, truculento & intractabili ingenio sunt &
quibus nihil rectè dici aut fieri potest, nisi quod ipsis placet & arri-
det, tenacissimi sunt odiorum & injuriarû vel verarum vel ficta-
rum, neq; ullo beneficio semel irritati, penitus deliniri vel concilia-
ri possunt; sed dolis & insidiis, & si ea non procedunt, assuentes

pellis vulpina particulam leonina, obtrestationibus & conditis nocere & evertere conantur eos, quos odio prosequuntur, & sibi imaginantur dissentire ab ipsorum placitis. Immemores illi sunt doctrinae Augustini: Non conviciis sed rationibus inter eos, qui de re aliqua disceptant, agendum, nec de persona adversarii, sed de re & questione proposita dicendum esse.

§. XIX. Postquam sic haec suspectis testibus miraculorum constringere numerum omni conatu allaboravit *Observator*, novum gemini conaminis dedit exemplum, defendere satagens, quod lapsus murorum Hierichuntis non fuerit miraculosus sed oppugnantium fortissima contigerit acie. In quem scopum §. 6. his inchoat verbis: Vor die-
sesmahl wollen wir den Ruin der Mauren zu Jericho mit wenigen betrachten. Die gemeine Auslegung gehet dahin sie wären über ein Hauffen geblasen/ und also durch sonderbahres Wunderwerck umgefallen: Duo hic *Dn. Observator* conjunxit (1) Daß die Mauren seyn über einen Hauffen geblasen. (2) Daß sie also durch ein sonderbahres Wunderwerck umgefallen & de his dicit; Die gemeine Auslegung gehet dahin.

§. XX. Sed quod prius attinet membrum *Dn. Observator* male dixit, die gemeine Auslegung gehet dahin daß die Mauren seyn über einen Hauffen geblasen. Facta siquidem collatione praeter unicum *Meesennum* habebis nullum, qui velut causam lapsus venditaverit clamorem circummeantium. Agerem omnino actum, cum *Exc. D. Buddaeus* in *Parergis Historico-Theologicis* p. 230. §. speciali dissertatione rem omnem discussit, vindicans non tantum contra *Kircherum* & *Morhofium* aliquatenus *Gersonidem* sed & simpliciter *Ambrosium*, *Originem* & *Augustinum*; evincensque quod eadem dici potuerit: *Muros ad Clamorem populi & tubarum clangorem concidisse, sed non via naturali &*
per

per soni clangorem, verum per miraculosam calitatem illatam ruinam, qua istud evenerit; quod per naturam atq; artem fieri nunquam potuisset.

§. XXI. De sono itidem satis erit, si quæ congeffit eruditissime citatus D. Buddæus cum Morhofio conferas, cujus dissertatio eruditissima *de Schypho vitreo per certum humanae vocis sonum fracto quæ legitur, Dissert. Academ. & Epistol. p. 329.* admirationem plurimum hæctenus nacta. Quibus non malè subjiceretur *Sturmii Physica Moderna Sam. Comp. Eroten. p. 106.* & Præcl. Dn. M. Gerhards *disputatio heic Rostochii habita, quæ exhibet: Admiranda soni ex Physicis fontibus.* Nam quæ etiam speciosa prodidit Parresia Dn. *Observator*, nihilominus tandem sic concidunt, ut de Morhofio scribere sit coactus: Herr Morhof schliesset doch endlich/die Mauren wären per miraculum divinum eingefallen & tandem adjecerit ex proprio: Und freylich lästet es sich nicht wohl begreifen/wie ein Klang wann er auch noch so sehr per porportionem multipliciret würde/die Krafft haben solte/Mauren unzuschmeissen; Ob auch gleich der Weinschenck zu Amsterdam Gläser in zwey schreyen können/so ist doch abermahl zu betrachten / daß die Mauren von Jericho nicht von Glase / sondern von Steinen gewesen/und das ein Glas einen gewissen Thon hat/daher es auch klinget/wenn selbiger Thon auf einer Geige gerühret wird/solches von Steinen aber schwerlich gesaget werden kan / weil sie keine Corpora sonora sind.

§. XXII. Sed quid tandem Dn. Observatoris in hac causa fert decilum? declarat hoc atqve pluribus exprimit §. 7. l. sic n. progreditur: Mir daucht/wann man den Text recht verstehet / so cohæret alles gar wohl. Sie müssen 6 Tage um die Stadt gehen/theils zu observiren/

wo sie am besten anzugreifen | theils die Soldaten hitzig
auf das Stürmen zu machen. Non diffiteor equidem,
quod urbium quædam fuerit in ulu subita oppugnatio, quan-
do sic hostes cum Impetu, nec circumvallatione adhibita incur-
runt vid. Lipsius in Poliorcetico, Libro I. Dial. IV. Sed ad hanc
subitam oppugnationem corona primum usi, tum testudine,
sæpe & scalis, cratibus, Musculis & qua leviores sunt Machi-
narum vid. Lips. l.c. ubi & tandem dicit: Bonus Ordo, notate.
introrsum pedites, quorum invadere; extrorsum equites, quorum
inspectare & tueri. Et eminus quidem series ita duplex aut
triplex; sed cum appropinquabant, ratio vult magis arctatos
multiplicatosq; item fuisse, in gyro sc. assidue angustiore. Annon
& corpora alibi militum & cohortes relicta, ad subita belli &
subsidium aut presidium? opinor. Hoc etiam amplius, primos
ordines peditum scutatorum graviorumq; fuisse, qui cominus
assultarent, invaderentq; retrorsum leves aut velites, aut fun-
ditores, sagittarios, qui eminus pellerent telis & deturbarent
propugnatores. Quid vero de his cunctis in Textu? si ex-
pugnatio atq; oppugnatio humanis circumstantiis metien-
da, tunc ex Lipsianis hisce multa armorum & Machinarum
fingenda est abundantia; Nec circumambulatio, ut ita
loquar, pacifica istiusmodi sufficere poterat, ad coercen-
dos firmissimæ urbis defensores.

§. XXIII. Fingam aliquid, in gratiam Observato-
ris, regereret etenim forsitan, quod circumambulatio non
fuerit adeo pacifica, siquidem v. 3. dicatur: *Circumibitis
autem urbem omnes Viri Belli*, & Jehosua versu septimo jubet:
Præterite & circumite urbem, ita, ut expeditus prætereat co-
ram Arca fœderis, quod & actu factum conf. v. 9. & 13. Metu
igitur Bellatorum antecedentium perciti obsessi erumpe-
re non potuerunt: Sed quid factum, crederes istis, qui
agmen claudentes post arcam incedebant? Pertinebat
hor-

horsum omnis **סונמ** *sc.* colligens, ex Emphasi vocis non erit alius, *quàm qui limites constringit & ordinem in certos limites coarctat.* vid. Alberti *Porta lingue sancte* p. 58. b. rad. **סון** qua ratione tribus Dan. Num. X. 25. **סונמ** claudens universa castra dicitur. Si hi claudentes fuissent promiscua & imbecillis multitudo senum, mulierum, puerorum puellarumque vid. *Schmidius* ad loc. nostrum & *Polus* in *Synopsi Critic.*, quid his inermibus accidisse credideris? Annon si quondam de Amalekicis dictum, quod decaudaverint omnes infirmos Deut. XXV. 17. hic idem paritare potuissent obsessi Hierichuntis?

§. XXIV. Sed sit omnis & **החליץ** & **המאסם** fortis vir atque miles, ut sic turba imbellis omnis maneret in Castris, sit &, quod denuo in gratiam Observatoris congingo, circuitus atque circumambulatio non successiva, sed corona quasi cum impetu circumvallata, ita ut fortiores primum egerint circulum. Arca atque sacerdotes cum Levitis medium & reliqui tertium, quorsum forsitan referre aliquo ratione posses versus tertium ubi dicitur: *Circumibitis circumdando urbem* Conf. *Schmidius* l. c. exinde tamen per *Contextus* vim petulanter inferres, quod hoc sit factum. *theils die Stadt zu observiren/wo Sie am besten an zugreifen/theils die Soldaten hitzig auf das Stürmen zu machen.* Circumstantiæ enim infinitam opinatis his obtendunt discrepantiam.

§. XXV. Cum enim ex Num. XIII. 28. Exploratores increduli infamiam terræ Canaan divulgare vellent, frivole inter alia dixerunt, quod *viderint* urbes munitas, magnas valde, qualis rumor sic fregit animos ipsorum ut desperarent, se posse hostibus superiores esse vid. 2 Sam. XVII. 10. & Clericus ad *Deut. I. 28.* sic n. *Deut. I.* dicunt. *Quo nos erimus, ascendentes? Fratres nostri liquefecerunt*

con

cor nostrum, dicendo, Populus est magnus & excelsus pra nobis; urbes magnae & munitae in caelum usq. Annon idem acci- dere potuisset his filiis istorum, qui in deserto conciderunt Hebr. III. 18. ut & horum liquefieret cor? Si ergo Eliaki- mus & Schebna & Joachus *Esaie XXXVI. 11.* dicere potue- runt ad Rabschaken: Loquere quaso ad servos tuos Syriacè; ne autem loquaris ad nos, Judaicè in auribus populi, qui super muro, vix mirum est, quin ipse Josua sit deprecatus hanc à Deo monstratam invadendi methodum, utpote quæ ma- gis confundere, quam confortare videbatur milites.

§. XXVI. Auget hujus sententiæ robor, quod Josua Dux populi hujus designatus timidus fuisse videatur. Erat n. Jericho claudens & clausa v. l. i. quod utrumq. Commentante Schmidio propter *Israëlitas factum est*, erat claudens propter filios Israel & erat clausa propter, seu coram filiis Israel. --- itaq. verbum activum סגרה claudens sc. por- tas suas actum Conclusionis primum denotat; passivum aut סגרה clausa statum significat, in qua post occlusionem istam pertinaciter mansit, nec portas suas Israelitis aperuit, aut ullum cum ipsis pacis amplius colloquium aut tractationem habere vo- luit. Addatur Polus l. c. cum ergo tam acres & vigiles custodiæ multum minarentur discriminis, opus omnino fuit, ut novus confortaretur Dux, quod & Princeps Exer- citus Jehovæ & Dn. Josuæ non dissimulavit respondens: se nunc venisse cap. VI. 14. quæ particula עתה non est otiosa (scribo cum Schmidio) sed Emphaticam facit apposi- tionem ad tempus prateritum, quo nondum actu adversus Cananeos pugnavit, cum nunc bellum aggressurus esset, & de eo Josue mandata daturus, quia hætenus transeundus fuit Jordan & alia peragenda, qua bello præmittenda sunt, sed jam tempus bellandi adest, nec quicquam, quod illud remoretur, superest: Jam itaq. veni cum Exercitu meo caelesti bellum contra Cana-
neos

naos aggressurus & te populumq; tuum adjuturus, teq; instructu-
rus; noli amplius in castris & tentorio tuo, ubi es, sedere, sed
age ad bellum te mecum para, quod quomodo suscipere debeas tibi
nunc exponam.

§. XXVII. Collatis his, quæ hæcenus dicta sunt non
incongruè ad analogiam præcedentium & hæc foret para-
phrasis: *Modo veni hoc est: Eo temporis instanti O Josua
veni, quo timidius tumet impossibilem Hierichuntis cogitas occu-
pationem, terrent equidem temet urbis munitissima firmissima
claustra, insuperabiles muri, defensoresq; atrocissimi; meditaris
multifariam spem inter & metum oppugnationis ambiguam viam
difficilesq; modos; excruciant temet populi tui fallaces & metu-
endi mores, debilitata mens, & in periculis liquefactum cor. Sed
ne timeas queso. Ego qui cap. I. §. dixi: non consistet vir
coram te omnibus diebus vite tue, quemadmodum fui cum Mo-
se, ita ero tecum, non remissum reddam te, neq; deseram te, nunc
actu veni. Confirma itaq; te & corrobora te, tu enim heredi-
tare facies populum hanc terram; Neq; tuis aut populi tui res
consistet viribus, ecce ego urbem, quam metuis & Regem & for-
tes omnes dedi in manus tuas. Qui quondam ad rubrum
mare meam demonstravi omnipotentiam Exod. XII. nunc item,
non deficiam, sed eandem conspicient ac venerabuntur pii, ex-
perientur ite atq; lugebunt impii, fac ergo juxta mandatū meū &c.*

§. XXVIII. Sic itaque de novo confirmatus Josua ci-
tra dubium ad populum venit, & quæ Jehova mandaverat,
explicuit, cum & hunc credentem invenisset, heroicè rē exse-
qui aggressus & dispositione divina indicata, circumduxit
copias, ubi citra dubium quotidie docuit Summi Numinis
clementiam, & structuram atq; fortalitia urbis munitissi-
mæ averfantes ad instans excitavit auxilium, donec septi-
mus exoriretur dies, septuplici circuitu, miraculoque si-
mul divino celebris, tunc enim Jehoschua dixit ad popu-
lum:

C

lum:

lum: *Vociferemini*: Et addit memorabili hexu: *dedit enim Jehova vobis urbem.* Reliqua more suo h. e. quam accuratissime Schmidius delineat, cui tamen ne per somnum. obvenire potuit, quod Dn. Observator sensit, scribens: *Am siebenden Tage saget Josua: machet ein Feldgeschrey Jos. VI 16. Daß ist fallt die Stadt nun mit ein Feldgeschrey anstürmet frisch darauf/der Herr hat sie in eure Hände gegeben.*

§. XXIX. Quare nec ratio subjecta valebit. Denkwann die Soldaten vor dem Treffen ein Feldgeschrey machen / so lassen sie es dabey nicht bewenden oder meinen man könne den Feind mit Springen aus dem Felde schlagen sondern es ist solches ein Zeichen/daß sie nunmehr den Feind mühtig anzugreifen gesinnet seyn : Also war auch daß Feldgeschrey gleichsam ein Præludium des Sturmes/ dem sie auff Jericho wagen wolten / weil es wunderbarlich heraus kommen wäre/wenn sie es bey den bloßen Geschrey bewenden lassen und die Hände dabey in die Taschen gesteckt hätten. Das Volck machte also ein Feldgeschrey/sie bliesen die Posaunen/ es war ein Lärm/ das auch den verzagtesten Kerl hätte encouragiren können. Concedam omnino, quod clamor istiusmodi militantium prævius fuerit committendæ aciei vid. Dionysius Halycarnassæus *Antiq. Rom. Lib. VII. p. m. 419. n. 35. Libr. IX. p. m. 625. n. 37.* Justus Lipsius *de militia Rom. Lib. IV. Dial. XI.* Camerarius *Hor. subcisiv. Cent. I. Cap. LXXVII. & Reinhardus. Theatr. Prud. Eleg. ant. p. 1703.* Sed an idcirco omnis clamor erat militantium? Strato templi novi fundamento post multa gaudii documenta *Esdra III 11.* dicitur: *omnis populus vociferabatur vociferatione magna, cum laudarent Jehovaham super eo, quod fundata esset domus Jehovæ addatur vers. 12. 13.* Est hic eadem radix, idemque nomen ubi tamen non est vociferatio ad ineundam aciem. Adventante fœderis Area in Israelitarum castra, *vociferati sunt universus*

universus Israel vociferatione magna 1. Sam. IV. 5. ut & Philistæ dicerent v. 6. *Quæ est vox vociferationis magna hujus in Castris Hebræorum?* Ast nondum concinerant ad prælium: Adducto Saule inter vasa hæctenus abscondito, cum stans in medio populi procerus esset, præ omni populo ab humero ejus & sursum, & per Samuelem declararetur Rex per Jehovah electus. *Acclamaverunt totus populus dixeruntq; vivat Rex!* 1. Sam. X. 22. 23. 24. gratulabantur itaque vota daturi solennia.

§. XXX. Hæc & plura, quæ adducere haud vacat; Bibliorum dicta memet convincunt, ut clamorem non militantium aciemq; conerentium, sed propter victoriam jubilantium & sic lapsis jam muris exultantium adstruere auisim, idque hoc magis, quia præeunte Abarbenele Exc. Budæus nostris accessit partibus *dissert. jam citata §. XVIII.* & Textus expressissimè quadrat, dum dicit, *Jehova dedit nobis urbem* vs. 16. Anticipaverat itaque admirabilis Israelitarum Auxiliator omnes istorum conatus & operos *Dn. Observatoris* ac fictitios apparatus, quos tædiola ferme promit & quidem hac parresia. *Als nun die Possaunen bliesen v. 20. und das Volck das Feldgeschrey machte/ stürmeten sie zugleich mit Böcken/Maurbrechern und andern dergleichen Instrumenten / tapffer auff die Stadt loß/ wo die Maur am schwächsten war / biß ein Stück davon übern hauffen fiel und sie Breche bekamen/damit erstiegen sie die Maur Hauffenweß und nahmen sie ein &c.* Semper etenim, quicquid etiam Observator tentaverit, obijcietur: *Es stände nichts im Text von der Attaque des Volcks/ sondern es hieß v. 20. Sie machten ein Feldgeschrey / und die Mauren fielen um.* Et tandem justissime accusabitur Novaturiens Vir, quod injurius omnino fuerit in sacerrimum Codicem blaterans: **Hätte der**

richuntinorum libenter attribuimus; quam ille virtute sua Divina immediatè præstiterit. Opus magnum hoc miraculosum est & miraculum a. facere, solius Dei est, pro cuius omnipotentia etiam ex miraculis ipsius concludendum est. Sicuti etiam hoc murorum collapsorum miraculum, tam Israelitis, quam Gentilibus argumentum esse debuit, quod Jehova Deus Israelis solus verus & omnipotens Deus sit. Textus nexuq; nostri capituli satis indicat, quod ruina murorum hac immediatum Dei opus fuerit. Nam v. 5. Dominus dixit ad Josuam, & cadet murus urbis subter se & v. 20. & cecidit murus urbis subter se; quæ sc. orationes Neutrales pro activis: & cadet murus h. e: Ego qui hæc dico, Princeps Exercitus Jehova faciam, ut cadat murus. Sic & cecidit murus, h. e. & Jehova seu Princeps Exercitus Jehova quæ promiserat, fecit, ut caderet murus. Constitit itaq; affatim, quod hæcenus Dn. Observator suspectis testibus ac argumentis miraculorum constringere numerum sategerit.

§. XXXIII. Atq; hæcce. quæ scripta sunt, hac vice sufficiant ad demonstrandam sententiam. Faxit autem Deus, ut miseri homines illi, qui vivam salubremq; deseruerunt scaturiginem, quæsituri aliam, quæ tamen rimosa est, ad eandem saluberrimam iterum perducantur, nam verbum Dei est verissimum firmissimumq;. Et sic etiam felicem huic disputationi impono finem. Tibi autem clementissime Deus gratias, quantas in hac mortalitate possum persolvere maximas, quod ad diem hunc mihi Spiritus tui gratia adesse volueris; Te favente laborem hunc æ academicum suscepi; Te auxiliante prosperè successit; Te prosperante ad finem est perductus. Porro ut gratiam mihi tuam benignissimè largiri studiæq; mea ad divini Nominis gloriam atq; animæ salutem promovere velis, quàm devotissimè contendo.

S. D. G.

CONSPECTUS.

Præfatio. Piccanti iudicium de *Galæacio* ad observationes applicat recentiores indifferentisticas, & Autorem *der Auserlesenen Anmerkungen.*

TRACTATIONIS.

- §. I. Præmittit, q. *Observator* miraculorum constringere numerum & in probationibus suspectos conquirere testes annitatur.
- §. II. Suspectos testes subjicit.
- §. III. Statum controversiæ eruit. &
- §. IV. Illustrat q. *Observator* contra nos pugnet, q. i malorum Spirituum demonstrabiles asserimus operationes.
- §. V. Monstrat q. Pontificiorum cupido spectra & miracula fingendi ad nos malè trahatur.
- §. VI. Suspectus *Observatoris* testis est Autor, qui Scripsit: *l'Histoire des Sevarambes.* Hinc
- §. VII. Iudicium circa hunc Autorem ex *Moorhousio* recenset.
- §. VIII. Suspectus itidem testis est *Fontenelle*, q. od brevibus demonstratur Et
- §. IX. Dn. *Bayle* item
- §. X. *Becker*, von *Dalen* & *Thomasius*.
- §. XI. His omnes etiam Atheos addi potuisse decidit cum epicrosi ad tales libros;
- §. XII. Deducit, q. Autor *Miraculorum* constringat numerum & quidem frustra q. &
- §. XIII. confirmat.
- §. XIV. Exemplum de confusione lingvarum adducit &
- §. XV. contra *Observatorem* vindicat item
- §. XVI. Historiam de statua *salis* &
- §. XVII. Historiam de vulpeculis *Simsonis*, atq. &
- §. XIX. *Pruritus* a libertinismi censuram habet
- §. XIX. Tale quid itidem de *Muris Hierichuntis* observat. Non enim
- §. XX. Patres unquam dixerunt, q. per tonum ac clamorem conciderint. q.
- §. XXI. Continuat probare;
- §. XXII. Deducit q. quamvis subita oppugnatio per circulum gentibus fuerit in usu, hic tamen tale quid præsumi non possit, q.
- §. XXIII. Ulterius illustratur. item
- §. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. & XXIX.
- §. XXIX. contra *Observatorem* Clamorem hunc evinisse jubiliantium. In quo itidem
- §. XXX. XXXI. XXXII. occupatur
- §. XXXIII. autem *Disertationem* absolvit.

Ad

Ad Nobil. Dn. Resp.
SCHROEDERUM.




Uti Indifferenti religioni hodie introducendæ, quæ
simul ad Atheismum prona via panditur, omnia
consilia viresque suas conferunt, in id quoque
dant operam, ut sacrarum Literarum ambi-
guam ubique reddant interpretationem, quæque
illæ præcipue ad confirmandam Ecclesiæ suæ veritatem
miraculosa DEI opera recensent, in naturæ ordinem redi-
gant, ut dubiam ubique esse Scripturarum expositionem
atque adeò nec in cæteris, quæ ad ipsam credendorum fi-
dem spectant, tuto iisdem inniti quemquam posse, securis
mentibus persvadeant. His cum & Tu masculè obviam
eas, SCHROEDERE optime, & adeò sacratissimi codicis
majestatem, quæ simplici indubitatoque sermone sensus
nobis suos repræsentat, adversus profanas ejus corruptio-
nes vindicas, eoque & diligentiam Tuam, in Studiis hacte-
nus adhibitam & comparatam illâ in sacris eruditionem,
in omnium oculis demonstras, rem utique facis ingenio
simul Tuo & pietate dignam. Ex quo ut salutaris aliquan-
do fructus ad Ecclesiam nostram redundet, Deum omni
boni auctorem ex toto animo imploro. Scr. die XXI,
April, MDCCIIIX.

JO. FECHT. D

QVÆ

Qua Tu Te, SCHROEDERE, bonis pul.
cherrima virtus
Commendat cunctis, clara theatra capit.
Doctas per cathedras studiumq;, & lingua diserta
Proponunt Sancti brachia mira DEL.
Inquiris, Jericho quæ sit collapsa profana,
In tantaq; operis labe tueris opus,
Quod manus aeterni Domini Miracula condens
Sola operata fuit. Laus ea sola DEL.
Maeste pio studio, studiumq; in Cœlica versum
Iusto fine Tuum ritè coronet opus.

Gratulabundâ mente, festinoq; calamo
Laudatiss. Dn. Respondenti
Auditori suo Industrio:f.
JOH. PETR. GRUENENBERG. D. Consil.
Consist. P. P. & S. M.


Schurer Schröder Dein Beginnen/
Ist dem Himmel lieb/
übe ferner Deine Sinnen
Und glaub / der dies schrieb
Wünscht daß Glück und tausend Seegen
Sich um Deine Schläffe legen!

JO. JOACH. Weidner / D.
& V. D. M.

Nobil.

Nobiliss. atque Praestant.
Dn. JOH. CHRISTOPH. SCHROEDERO,

Bützoviensi

S S. Theol. & Phil. Stud. solertissimo

Fautori & Amico suo Estimatissimo

S. P. P.

FR. ALB. ÆPINUS.

Optimè iam facis SCHROEDERE Svarissime
quod $\omega\lambda\upsilon\theta\epsilon\upsilon\lambda\lambda\eta\tau\epsilon\iota\sigma\tau\iota\upsilon\varsigma$ Scire tuum nihil est, ni-
si, te scire, hoc sciat alter; memor vivens, non
diutius latitaturus, quam multâ magnâq; diligentia
tuâ Tibi hæcenus comparasti, scientiam explicare ac
publicè ostendere anniteris. Norunt Praeceptores tui,
novi & egomet, cujus Scholas Philosophicas non unas
frequentasti, quantâ sedulitate quantoq; ardore scien-
tiarum præcepta non haurire, sed exhaurire allabora-
veris. Eaq; Te laus manebit, quod inter diligentissi-
mos Academia nostra Cives meritò sis connumerandus.
Inde magna mihi enascitur spes, fore, ut in docto illo,
quem paras, conflictu eum Tete sis præstaturus, qui
omnium satisfactorius expectationi sit, hincq; laudem
ex eo reportaturus non exiguam, honorisq; multum.
Gratulor id propter Tibi animo amico & sincero, Deum,
omnis boni fontem, submissè precatus, ut conatibus
tuis, quos ejus unicè in gloriam Temet suscipere, pietas
tua dubitare non permittit; ex altissimo benedicere,
studiusq; tuis majora indies largiri incrementa velit,
ita eadem directurus, quò optatum tandem eorum
assequare finem, Christi q; Ecclesie magno cum fru-
ctu ac emolumento inservire valeas. Vale. Scr.
Rostochii d. 15. April. Anno 1708.

WEr fleißig stets studiert, der hat die Cron zu
hoffen
Dem wirds vons Höchsten Hand der einsten woll
belohnt

Dem steht die Seegens Thür der Zutritt immer offen
Er wird dahin geführt wo *Pallas* selber wohnt.

Gewiß mein wehrter Freund recht so hat ER
studieret

Er ist ein *Musen* Sohn der Künst' obgelegen
Drumb steht man heute Ihn mit einer Cron gezieret
Die Sieg'n mit sich bringt / verknüpft mit lauter
Seegen.

Da Er als *Respondent* der Sieger Platz bestiegen
Und heute zeigen will wie Gottes Wort sey wahr
So wird der frohe Sieg Ihm stets vor Augen liegen
Er wird gerechnet seyn zur weisen *Musen* Schaar.

Mit diesen wenigen Zeilen wolte dem Herrn
Respondenti als seinem wehrten Freunde
schuldigst gratuliren.

J. H. Wiese / *Sulza Meckl.*
S S. Theol. Stud.



ידיד תהל להג הרבהך

וכל-ינחל משכרתך

ומאדגם נא כבוד חכמים

השועתך. ישנו אלהים:

זאת ליקר שגיא כן נתן

S. C. SYLVANUS, Bernoa-March,
S. S. Th. Stud. & Opp.

Nobiliss. atque Praestant.
Dn. JOH. CHRISTOPH. SCHROEDER
Bützoviensi
S S. Theol. & Phil. Stud. solertissim
Fautori & Amico suo Aestimatissim
S. P. P.
FR. ALB. ÆPINUS.

Optimè iam facis SCHROEDERE
quod $\alpha\lambda\upsilon\theta\rho\upsilon\lambda\eta\tau\epsilon\iota\sigma\tau\iota\upsilon\varsigma$; Scire tuum
si, te scire, hoc sciat alter; memor
diutius latitaturus, quam multâ magnâ
tuâ Tibi hæctenus comparasti, scientiam
publicè ostendere anniteris. Norunt Prae
novi & egomet, cujus Scholas Philosophi
frequentasti, quantâ sedulitate quantq;
tiarum præcepta non haurire, sed exhauri
veris. Ea q; Te laus manebit, quod inter
mos Academia nostræ Cives meritò sis con
Inde magna mihi enascitur spes, fore, ut i
quem paras, confictu eum Tete sis præst
omnium satisfactorius expectationi sit, hi
ex eo reportaturus non exiguam, honori
Gratulor id propter Tibi animo amico & sin
omnis boni fontem, submissè precatus, u
tuis, quos ejus unicè in gloriam Temet sus
tua dubitare non permittit; ex altissimo
studiusq; tuis majora indies largiri incre
ita eadem directurus, quò optatum tand
assequare finem, Christi q; Ecclesie magn
Et ac emolumento inservire valeas.
Rostochii d. 15. April. Anno 1708.

